Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1843
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)

uiter offendat morte appetat potius quam deserat ea que
dixi. Miserrima ouidio est ambitio honorumque con
tencio, de qua predare apud eundem platonem est, simi
liter eos facere qui inter se contendrent uter rem p. po
tius administraret, uti si naute certarent quis eorum
potissimum gubernaret. Idemque fecit ut eos aduersa
rios optimemque qui arma contra ferant non eos qui
suo iudicio tueri rem p. uelint. Qualis fuit inter p.
affricanum et q. metellum sine acerbitate dissensio.
et uero audiendi qui gramium minutis rerum scendu
putabant. Idque magnanimi uiri et fortis esse tenebat
Nihil enim laudabilius nihil magno et preclaro uiro
dignius placabilitate et clemencia. In liberis uero po
pulis et in uiris equabilitate exercenda est etiam facili
tas et altitudo animi que dicitur. Ne si irascamur aut
in tempestiue accedentibus aut imprudenter rogantibus
in morositate inutilem et odiosam incidamus. Et ta
men probanda est mansuetudo ita atque clemencia ut ad
hibeatur rei p. ea seuueritas sine qua administrari ci
uitas non pt. Omnis autem et animaduersio et castigatio
contumelia uacare debet neque ad eius qui punit aliquem
aut uerbis castigat si ad rei p. utilitatem referri.
Cauendum est etiam ne maior pena quam culpa sit et ne
eisdem de causis alii plectantur alii ne appellentur qui
dem. Prohibenda autem maxime est ira in puni